DISPUTATIO JURIDICA DE GRADIBUS COGNATIONIS,

Quam

Auxiliante JEHOVA,

Conſentiente

Magnifico & Ampliſsimo ICtorum Collegio in celeberrimâ Wittebergenſium Academiâ,

SUB PRÆSIDIO

Ampliſsimi, Clariſsimi, ac Conſultiſsimi Viri,

DN. JOHANNIS STRAUCHII, 30.

U. J. D. ac Sereniſſimi Saxoniæ Electoris, Conſiliarii Aulici deſignati, Promotoris, Præceptoris, ac Affinis ſui plurimùm obſervandi.

Publicè diſcutiendam proponit

JOHANNES LUDOVICUS CÖPPELIUS WITTEBERGENSIS SAXO.

In Auditorio ICtorum,

Ad diem 7. Junii, Horis matutinis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

WITEBERGÆ,

Exſcripta typis CHRISTIANI THAM,

ANNO M. DC XXII.

D. O. M. A.

THESIS I.

COgnitionem graduum utilem ac neceſſariam eſſe, ipſe JCtus Paulus *in l. fin. pr. ff de grad. & affin.* teſtatur; ubi quatuor inſignes utilitates hujus doctrinæ recenſet. Prima eſt circa Hæreditates: quia legibus hæreditates ad proximum quemq; agnatum redire conſueverunt. Sic enim lex 12. tabul; habuit; *Si inteſtatus moritur, cui ſuus nec extabit hæres, agnatus proximus familiam habeto. Ulpian. in fragm. t. 26.* Altera eſt circa tutelas; quæ etiam ad proximos agnatos pertinent *pr. Inſt. de legit. agn. tut.* Tertia eſt circa bonorum poſſeſſiones: Nam Prætor proximo cuiq; cognato dat bonorum poſſeſſionem *pr Inſt. de Succeſſ. cognat. §. 1. l. octavi gradus. 9. ff. Unde cogn.* Quarta eſt circa publica judicia, in quibus contra agnatos & affines inviti teſtimonium dicere non coguntur. *l. lege Julia. 4. ff. de teſtibus.* Quibus meritò & quintam addimus, quæ eſt in contrahendis matrimoniis. *c. ad ſedem. 2. Cauſ. 35. q. 5.* Ea enim matrimonia ſolùm legitima & juſta ſunt, quæ contrahuntur in gradibus non prohibitis, *t. t. Inſt. de Nupt. & t. t. ff. de R. N.* Borchold. *in tr. ſuo de gradib p. 1. 2. 3.* Harpr. *ad pr. Inſt. de grad. n. 2. & ſeqq.* Schneidvv. *ad t. de nupt. c. de arbore conſanguinitatis. q. 1.* Clariſs. Dn. Præſes *in Colleg. de ſucceſſ. ab inſt. diſp. 2. th. 1.* Weſenb. *in parat. ad tit. de Grad. n. 1.* Et præter cæteros omnes Ambroſ. Schur. *in tr de grad. loc. 10.* ubi ſupra utilitates recenſitas adhuc alias, quàm plurimas notatu dignas cõmemorat.

Cum igitur nemo ſit, qui non videat, maximum de Gradibus doctrinæ eſſe uſum; nobis etiam in hac diſputatione de Gradibus cognationum agere, eóſque exponere libuit.

III.

Dicti autem ſunt gradus μεταφορικῶς ad ſimilitudinem ſcalarum locorúmve proclivium, quos per gradus ita ingredimur, ut à proximo in proximum, hoc eſt in eum, qui ex illo quaſi naſcitur, tranſeamus. *l. ult. §. gradus. 10. ff. h. t.* Weſenb. *in arg. h. t. n. 2. & in parat n. 2.* Harpr. *ad pr. Inſt. h. t n. 6.* Schneid. *d. loco. n. 9.* Borch. *hîc. n. 3.* Hœnon. *Diſp. ad ff. 6. th. 3. lit. g.* Clariſs. Dn. Præſes *d. loc. th. 9.* Interdum etiam Gradus vocatur generatio *d. c. ad ſedem 2. cauſ. 35. q. 5.* Borch. *d. loc. & in tr. de grad. ſub t. definitio gradus p. 5.*

IV.

Variis modis Interpretes noſtri definiunt gradum atteſtantibus Valent. Forſt. *de ſucceſſ. l. 3. c. 26. n. 6. & ſeqq.* Ambr. Schur. *d. tr. de grad. conſang. loc. 5. p. 499.* ubi aliquas definitiones enumerant, ſuasq́, adjiciunt, E §. *hactenus 7. Inſt. h. t.* talem nonnulli colligunt definitionem: *quod gradus nihil aliud ſit, quàm generatio perſonæ,* eamq; optimã eſſe putant Borch. *ad pr. h. t n 2 & d. tr. de grad p. 5.* Harpr. *ad d pr n. 6. & 11.* Duar. *ad t. ff ſolut matr. t. de nuptiis. q. 3 pag. 247.* Diſs. Val. Guil. Forſt. *in tr. Inſt. part. 1. diſp. 15. th. fin.* adductâ ratione, quoniã generatio efficiat gradum, & efficiens: nõ ſit genus effectus: Hot. *ad d. §. hactenus. 7. Inſt. h. t.* Nos ſentimus cum Weſenb. *in d. arg. Inſt. h. t. n. 3. & in parat. n. 3.* & Hœn. *d. loc.* Eam definitionem veriorem & magis convenientiorem eſſe; quæ fundata eſt *in d. l. ult. §. nam quotiens. 9. & d. §. 10. ff. h. t.* Quod gradus ſit tranſitus de proximo in proximum cognatũ. Unde quot ſunt trãnſitus in remotiorem, tot ſunt gradus. Weſenb. *d. loc.* Clar. Dn. Præſes, *d. loc.* vide Conrad. Wolf. *hic in Erotem.*

V.

Hîc verò ſe graviſſima offert quæſtio; An gradus quoque conſiderentur & dentur in Affinitate? Sunt verò affines potiſſimùm Viro Uxoris cognati; & Uxori cognati Viri; dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulentur, & altera ad alterius cognationis finem accedat, ut

habetur

habetur *in d. l. non facile 4. §. ſed quoniam 3. ff. h. t.* ſecundū Dd. commun. Vultej. *ad pr. Inſt. de Nupt. n. 50.* Weſenb. *ad §. affinitatis 6. n. 1. & §. mariti 8. Inſt. de nupt. in parat. ad h. t. n. 17.* Hotom. *in diſp. de caſtis nupt. part. 2. c. 1. p. 68. & ſeqq; ac ad d. §. affinitatis 6. J. de nupt.* Treutl. *vol. 2. diſp. 16. th 3. lit. A.* & alios. Quod Hœnon. *diſp. ad ff. 6. th. 5.* de Jure Civili non concedit, per *d. l. non facilè 4. §. ſed quoniam 3 verſ. affines. & per d. §. mariti 8. junct. §. §. praeced.* Sed tantùm de Jure Canō. *per c. quod ſuper his extr. de conſang. & affin.* Hodiè verò utriuſque conjugis cognati ſe invicem affines appellant. Vult. *d. loc.* Excell. Dn. Præſ. *d. loc.*

VI.

Jam ad ipſam quæſtionem reſpondentes eam de Jure Civili negamus, & ſtatuimus de eo jure propriè nullos eſſe gradus affinitatis: Idq; patet ex *l. non facilè. 4. §. gradus autem. 5. ff. h. t.* Weſenb. *in parat. hîc n. 17.* Conr. Wolff. *in erot. hîc. th. 20.* Borch. *ad §. affinitatis 6. Inſt. de nupt. n. 1.* Ratio hæc eſt: quia nullæ ſunt generationes affinium. Affines enim nequaquam ex aliis affinibus gignuntur, ſed matrimonio fiunt. Weſenb. *ad rubr. Inſt. h. t.* Hœnon. *d. diſp. ad ff. 6. th. 5. lit. E.* Unde rectè in ff. Florentinis legitur titulus hic *de Gradibus & affinibus*: malè verò in vulgaribus libris; *de Gradibus conſanguinitatis & affinitatis.* Harpr. *d. loc. n. 7. &* Clar. Dn. Præſ. *d. diſp. 2. th. ult.* evinciturq; *è conſtit. tanta. §. ſexta. 7. de confirm. ff.* ubi ait Imperator Juſtinianus; *ſe jus omne, quod de gradibus & affinitatibus deſcendit &c. in geminos libros contuliſſe.* Borch. *d. tr. de grad. pag. 9.* Diſs: Gl. *ad d. l. non facilè 4. §. gradus 5. ff. h. t.* Duar. *d. loc. pag. ſeq.* Dn. Dominic. Arumæ. *Exerc. 2. th. 14.* per *d. l ult. in pr. ff. h. t.* ibi. *JCtus cognatorum gradus & affinium noſſe debet.* Sed non obſtat d. pr. Nam præter Cujacii annotationem (quod locus corruptus ſit, & legendum: gradūs & affines. Borch. *d. tr. de grad. pag. 9.* uti etiam ex inſcriptione legis patet, quæ concepta eſt *de grad. & affin.*) reſpondemus abuſivè & nominetenus tantum; non verò propriè vocabulum graduum affinitati applicari. Clar. Dn. Præſ. *d. loc.* VVeſenb. *d. loc.* Harpr. *d. l. n. 8.* Jul. Pac. *contr. 6. q. 71.* Proindè adjunguntur ibi affinibus gradus, quia ex ultimâ ſubjectâ ratione in principio, affinitas quoq; cognoſci debet: quoniam igitur cognatos & affines ibi JCtus conjungit,

 cognatio-

cognationis autem gradus verè dantur, propterea graduum vocabulum abuſivè ad affines quoq; extendit, ut iſto vocabulo non æqualem reſpectum habuerit ad cognatos & affines, ſed ad illos potiſſimùm. Illudq; apparet ex ipſo verborum poſitu: *JCtus cognatorum gradus & affinium noſſe debet.*

VII.

De Jure tamen Canonico computantur quoq; gradus affinitatis ad exemplum computationis graduum conſanguinitatis. Unde regula. Conſanguinei Uxoris quoto gradu ſunt uxori jure conſanguinitatis, eodem gradu ſunt marito jure affinitatis: & contrà; Conſanguinei mariti &c. & ideò non erit alia computatio graduum in arbore affinitatis, quàm in arbore conſanguinitatis Schneid. *ad t. de nupt. c. de arbore affinit. n. 10.* Clar. Dn. Præſes. *d. loc.* Conr. VVolff. *d. loc.*

IIX.

Propriè autem ejusmodi gradus conſpiciuntur & dantur in cognatione. Quod vocabulum quidem homonymum eſt, ut teſtatur Ambr. Schur. *d. tr. de grad. loc. 2.* Interdum enim accipitur, pro rerum ſimilium convenientiâ. Interdum pro univerſali cognatione inter homines conſtituta. *l. ut vim. 3. ff. de J. & J.* Interdum pro cognatione ſpirituali, quæ provenire exiſtimatur per baptiſmum inter ſponſorem ſeu patrinum; & perſonam baptizatã, ejúsq; parentes. *c. 30. q. 4. per tot. & t. t. extr. & in 6. de cogn. ſpir.* Interdum pro civili ſeu legitimâ *d. l. non facilè. 4. §. cognationis 2. ff. h. t.* quæ & aliàs nominatur Legalis *c. un. ext. de cogn. leg.* & conſtituitur per adoptionem. *d. l. 4. §. 2. ff. h. t. L. 1. § cognationem 4. ff. Und. cogn.* Hinc ab Hotom. *de caſt. nupt. part. 1. c. 1. &* Val. Forſt. *de ſucceſ. l. 3. c. 6. n. 2.* Cognatio dividitur in Naturalem, Civilem, & Conjunctam.

IX.

Hîc autem cognatio ſumitur pro conjunctione ſanguinis, unde ait Modeſt. *in d. l. non facilè 4. § 1. ff. h. t. Cognati ab eo dici putantur, quod quaſi uni communitérve nati, vel ab eodem orti progenitive ſint, d. L. 1. §. 1. ff. unde cogn.* Hotom. *de caſt. nupt. part. 1. c. 1.* Harpr. *ad d. pr. Inſt. h. t. n. 9.* Hæcq; cognatio dicitur naturalis in *d. l. non*

facilè

facilè. 4.§. cognationis.2 ff. h.t.& in §.1.Inſt.de ſucceſſ.cognat. Val.Forſt. *de ſucceſſ. l. 3. c. 6.n.2.* Clar.Dn.Præſ. *d. diſp. 2. th. 2.* Vocaturq́; communiter à Cc. carnalis. Et in hac ſignificatione accipitur cognatio ſub *t. Inſt. de grad cognat. t. ff. de grad. & affin. c. 35. q. 1.& ſeqq. t. ext.& in Clem. de conſang.* ut & hoc in loco.

X.

Appellaturq́; hæc I. Conſanguinitas. *§. vulgò quæſitos 4. Inſt. de ſucceſſ. cogn. §. cæterum.3.Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l. poſt conſanguineos 2. ff. de ſuis & legit. l. ſi plures. 4. ff. Und. cogn. l. conſanguinitatis. 3. C. de legit. hær. c. 35. q. 4. 5. & ſeqq. d. t. ext. & in Clem. de conſang. & affin.* Ab origine; derivatur enim à ſanguine, unde quaſi ſanguinis unitas ſeu connexio dicitur *l. 1. §. conſanguineos 10. ff. de ſuis & legit.* II. Conjunctio *§. 1. Inſt. de leg. agnat. ſucceſſ.* III. Neceſſitudo *pr. Inſt. de SCto Tertul. l. ult. ff. de J. & J. l. nam eſt 176. §. 1. ff de R. J. l. congruit 13. §. 1. junct. gl. verb. neceſſarios ff. de offic. præſ. l. in fideicommiſſi 3. §. cum Pollidius. 3.* & ibi Gl. *in voc. neceſſitudinis. ff. de Uſur. & fruct.* IV. Propinquitas *d. l. 3. §. 3 ff. de Uſur. & fruct. c. nullam 7 cauſ. 25 q. 3.* V. Proximitas. *§. eos etiam. 2. §. ult. Inſt de ſucceſſ. cogn l. ſi bonorum 2. C. qui admit. ad bon. poſſ. poſſ.* VI. Συγγένεια Græcè. *l. ult § 1. ff. h. t.* VII. Blutfreundſchafft/ Verwandnuß Germanicè. VIII. Sipp/Sippſchafft/ Magſchafft/ In Jure Saxonico Landrecht/ *lib. 1. art. 3. ubi & Gl.* Plura vocabula, quibus aliàs denotatur cognatio, vide apud Ambroſ. Schurer. *d. tr. de grad. l. 1.*

XI.

Vulgoq́; cognatio definitur, quod ſit junctio ſanguinis inter perſonas ex eâdem ſtirpe proveniens *arg. d. l. non facilè. 4. §. 1 ff. h t d. l. 1. §. 1. ff. Und. cogn. d. l. 1. §. 10. ff. de ſuis & legit.* Excell. Dn. Præſ. *d. th. 4.* Val. Forſt *de ſucceſſ. l. 3. c. 6. n. 10.* Vid. Ambr. Schur. *d. tr. de grad. loc. 3.* qui diverſimodas cognationis deſcriptiones recenſet.

XII.

Et ſecundum jus civile differt cognatio ab Agnatione tanquam genus à ſpecie. Nam qui eſt agnatus etiã cognatus eſt, ſed non econtrà *d. l. ult. §. inter agnatos 4. ff. h. t. & l. inter agnatos 5. ff.*

Unde

Und. leg. ubi ait Modeſt. *inter agnatos & cognatos hoc intereſt, quod in agnatis & cognati continentur, in cognatis non utiq; & agnati. v.g. Patris frater, hoc eſt, patruus & agnatus eſt & cognatus; Matris autem frater; hoc eſt Avunculus, cognatus eſt, agnatus non eſt.* Alterum enim civile, alterum naturale nomen eſt. *d. l. ult.* §.4. *ff h. t.* Val. Forſt. *de ſucceſſ. l.* 3 *c.* 6. *n.* 7. Ambr. Schur. *d. tr. de grad. loc.* 4. Excel. Dn. Præſ. *d. loc. th.* 5.

XIII.

Unde agnati ſunt, per virilis ſexus cognationem conjuncti, quaſi ex patre connati, veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius nepóſve ex eo, item patruus, & patrui filius, nepóſve ex eo. §. 1. *Inſt. de legit. agn. tut.* §. 1. *Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. Ulpian. in frag. t.* 12. §. *agnati. l. poſt conſanguineos* 2. §. 1. *ff. de ſuis & legit l. ſunt autem.* 7. *ff. de legit. tut. l. ult.* §. *cogn.* 2. *& d.* §. *inter agnatos* 4. *ff. h. t. l. penult ff. unde legit.* Et dicuntur eſſe ejusdem familiæ *d. l. ult.* §. *cognati* 2. *ff. h. t.* qui idem nomen familiæ & gentis retinent ac uſurpant, eademq; inſignia habent, die eines Namens/ Schilds/ vnd Helms ſeynd; Quos jus Saxonum Schwerdmagen/ vocat, Schneidw. *ad t. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. n.* 5. Ambr. Schur. *d. loc.* Clar. Dn. Præſ. *d. loc.*

XIV.

Cognatio verò per ſexum utrumque contingit, & maſculinum & fœmininum in ſe comprehendit *ſup. th.* 12. Interdum tamen ponũtur cognati pro his tantum, qui per fœmininum ſexum junguntur (iiq; in Jure Saxonico Spillmagen vocantur Schneidw. ib. *n.* 9.) qui nomen iſtud generale retinent; Cum ii qui per lineam maſculinam cognati appellantur, & ſibi invicem juncti ſunt, ultra nomen hoc generale, ſpeciale quoque, videlicet agnatorum recipiant. Excell. Dn. Præſ. *d. loc.*

XV.

Agnati autem & cognati hodie ſibi invicem, quoad hæreditates capiendas, planè exæquati ſunt, antiquâ differentiâ inter eos ſublatâ. per *Nov.* 118. *c.* 4. Vult. *ad pr. h. t. n.* 1. Soli tamen proximiores, & non omnes ſimul ad defuncti ſucceſſionem ab inteſtato admittuntur *d. Nov.* 118. *c.* 3. Clar. Dn. Præſ. *d. loc. th.* 1. *&* 31. Borch. *d. tr. de grad. p.* 2.

XVI. Diſtin-

XVI.

Diſtinguiturq; cognatio ſecundum gradus *ſuprà in pr. hujus diſp.* & lineas. *l. ſtemmata 9. l. ult.* §. *nam quotiens. 9. ff. h. t.* quæ etiam Ordines dicuntur, ut vocat Cajus *in l. 1. ff. eod.* vid. Val. Forſt. *de ſucceſſ. l. 3 c. 6. n. 1.*

XVII.

Hujus vocabuli Lineæ recenſentur variæ ſignificationes à Val. Forſt. *d. loc n. 14. & ſeqq.* & definitur linea in hâc materiâ nimiis modis, ita, ut plures, quàm duodecim definitiones lineæ facilè inveniri poſſint, atteſtante Ambr. Schur. *d. tr. de grad. loc 5.* Nos cenſemus, quod linea ſit ſeries cognatorum, & ordo, quo, quomodo perſonæ ſe invicem in cognatione ſequantur, oſtenditur.

XVIII.

Dividitur linea in Rectam & Obliquam. Illa iterum ſubdividitur in ſuperiorem & inferiorem *arg. pr. Inſt. h. t. & l. 1. in pr. ff. eod.* Hœnon. *diſp. 6. ad ff. th. 3* Hunn. *diſp. ad Inſt. 2. th. 32.* Vult. *ad h. t n. 2.* Weſenb *in arg. h. t. Inſt. n. 6. & in parat. n. 4.* Borch. *in d. tr. de grad. ſub tit. definitio gradus &c p. 8.* Val. Forſt. *d. loc. n. 19.* Conr. Wolff. *hîc in ſuis Erot.* Harpr. *ad d. pr. h. t. n. 10.* qui lineam triplicem eſſe cen[illegible] Superiorem, Inferiorem & Tranſverſalem per *d. pr. Inſt. & d. l. 1. in pr. ff. h. t.*

XIX.

Linea recta ſuperior continet Aſcendentes, id eſt, Parentes; Patrem, Matrem, Avum, Aviam, Proavum, Proaviam, Abavum, Abaviam, Atavum, Ataviam, Tritavum, Tritaviam, & cæteros ulteriores, qui apud Romanos Majores nominantur *l. ult.* §. *parentes. 7. ff. h. t.* Vult. *d. loc.* Weſenb. *d. loc.* Borch. *d. loc. pag. 9.* Val. Forſt. *d. loc.* Harpr. *d. loc.* Hœnon. *d. loc.* Cl. Dn. Præſ. *d. loc. th. 7.*

XX.

In lineâ rectâ inferiore continentur Deſcendentes, id eſt Liberi; Filius, Filia, Nepos, neptis, Pronepos, Proneptis, Abnepos, Abneptis, Atnepos, Atneptis, Trinepos, Trineptis, & ulteriores, qui Poſteriores appellantur *d. l. ult.* §. *parentes. 7. ff. h. t.* vide Auth. *in th. præced. alleg.*

XXI.

Sed hoc diſcrimen inter Parentes & Majores non ſemper ob-

ſervatum fuit, ut patet. è *l. quis 4. §. parentē. 2. ff. de in jus voc.* & è *l. 1. §. 1. ff. de leg. præſt.* Sicut etiā inter Liberos & Poſteriores. *l. ſed etſi 10. §. liberos 9 ff. de in jus voc. l. liberorū 220. ff. de V. S.* vid. Gœd. ad *l. cognoſcere. 56. §. 1. n. 7.* ubi aliter verba *d. l. ult. §. 7. ff. h. t.* interpretatur, aſſerens JCtum de poſteritatis ſeu filii, nepotis & cæterorum adjectione fuiſſe locutum, ut ſi poſteriores appellentur, trinepotis, filius, trinepotis, nepos &c. Ulteriores, tritavi pater, tritavi avus &c. dicantur. Verùm verba in *d. l. ult. §. 7. ff. h. t* & *in d. l. 4. §. 2. ff. de in jus voc.* hanc interpretationem non admittunt, licet aliàs iſtæ appellationes ad diſtinctionem majorum & poſteriorum non ſint incongruæ. Vid. Ambr. Schur. *d. tr. de grad. loc. 7.*

XXII.

Cur autem ultra gradum ſextum ſpecialia nomina apud Romanos non habeantur, id evincitur è *pr. l. non facilè 4. ff. h. t.* ibi *quia ultra ſeptimum gradum, rerum natura cognatorum vitam conſiſtere non patitur.* Quod enim de ſeptimo hìc dicitur gradu, id quoque in ſexto lineæ rectæ locum habet. In aliis linguis peculiaria nomina ultra gradum quartum ſuperioris & inferioris lineæ deficiunt, ut in Germanicâ linguâ, in linea aſcendente & deſcendente ad gradum quartum incluſivè tantum peculiares appellationes habentur, in illa. 1. Vater / Mutter. 2. Großvater / Großmutter / ſive Eltervater / Eltermutter. 3. Oberelter Vater / Oberelter Mutter. 4. Vorelter-Vater / Voreltermutter. In hac 1. Sohn / Tochter / 2. Neffe / Nieffel / aliàs Einicklin. 3. Unterneffe / Unternieffel. 4. Nachneffe / Nachnieffel. Unde iſtæ perſonæ quarti gradus ſuprà & infrà in lineâ rectâ Germanicæ arboris conſanguinitatis in extremis ponuntur, ut conſtat ex arbore conſanguinitatis ſubjuncta proceſſui Chiliani Königs.

XXIII.

In lineâ obliquâ, quæ & tranſverſa & Collateralis appellatur, ſunt ii, qui neque nos progenuerunt, neque à nobis ſunt progeniti, & non à ſe invicem deſcendunt, ſed tamen unam communem

communem ſtirpem habent, ut ſunt Fratres Sorores, & qui quæve ex his naſcuntur, ut Fratrum Sororumq; Filii, Filiæ, Nepotes, Neptes, Pronepotes, Proneptes, Abnepotes, Abneptes &c. Item Patrueles, Conſobrini, Amitini, Propiores Sobrino, Sobrinave (vel Propriores ſobrini *l. cum propriorem 2. C. und. legit.*) Sobrini, Sobrinæ; Item Patrui, Amitæ, Avunculi, Materteræ, Patrui magni, Amitæ magnæ &c. Propatrui, proamitæ &c. Abpatrui, Abamitæ &c. *c.* §. *2. & ſeqq. Inſt. h. t. l. 1. l. 2. l. 3. & præſertim l. ult. ff. eod.* Quouſque verò certa nomina in linguâ Germanicâ habeantur *è d. arbore conſanguinitatis in proceſſu* Chiliani Königs apparet.

XXIV.

Hæc linea Obliqua de Jure Canonico iterum diſpeſcitur in Æqualem & Inæqualem; Æqualis eſt earum perſonarum, quæ iisdem gradibus à communi ſtipite diſtant; Inæqualis eſt eorum, qui non æqualiter à communi ſtipite diſtant, ſed eorum, de quorum cognatione quæritur, unus communi ſtipiti propior eſt, alter ab eo remotior *Hænon. d. diſp. ad ff. 6. th 3.*

XXV.

Nunc meritò ad graduum cognationis computationem accedimus. Quæ nihil erit aliud, quàm numeratio ſeu inveſtigatio, quàm latè à ſe invicem in conſanguinitate diſtent quidam. Et ab eo incipiendum, computationisq; initium faciendum eſt, de cujus cognatione quæritur. *d. l. ult. §. nam quotiens. 9. ff. h. t.* Per eos tranſeundum, ex quibus naſcitur *d. l. ult. §. quinto gradu 16. verſ. ideò autem ff. h. t.* Indeq; perveniendum ad alterum, de quo quæritur, ibique ſubſiſtendum. *d. l. ult. § 16.* Et ſic in computatione probè attendendæ ſunt perſonæ, A quâ, Per quam, & Ad quam. Siq; quæritur de cognatione collateralium, procedendum eſt ad communem ſtipitem *d. l. ult. l. 16.* qui & communis radix & ſtirps, item communis genitor vocatur. Inde devèniendum ad alterum, de quo quæritur. Vid. Ambr. Schur. *d. tr. de grad. loc. 7.* Duar. *ad t. ff. de inoff. teſt. c. 5. p. 175. & ad t. ff. ſol. matr. c. de nuptiis q 3. p. 247.* Hot. *de caſt. nupt. part. 1. c. 1. p. 29. & ſeqq.*

XXVI.

Hoc loco enucleanda ſe offert occaſione hujus tractationis quæſtio admodum gravis, neceſſaria & utilis. An videlicet computatio cōvenientior ſit cum Hypothetico, quem vulgò Petrucium, ſeu eum de cujus cognatione quæritur, quidam vero Proteum approbante Hotom. *de caſt. nupt. d. part. 1. c. 1. p. 23.* appellant, an verò abſque eo? Nos diſtinguendum eſſe ſentimus. Nam aut computatio & diſtributio graduum generalis, quoad omnes tres lineas fit; quo in caſu affirmantium ſententiam tuemus, & omninò Hypotheticum in medio ponendum eſſe cenſemus.

XXVII.

Liquet hoc I. apertè è Jure noſtro; nam quotiescunq; de generali diſtributione graduum tractatur, is, à quo principium fit dinumerationis, neque pater neque filius vocatur, ſed ſemper ſine certo nomine præſupponitur. Ait n. JCtus Paulus *in d. l. ult. §. nam quotiens 9. ff. h. t. Quotiens quæritur, quanto gradu quæq; perſona ſit, ab eo incipiendum eſt, cujus de cognatione quærimus.* ſequitur ergò ut in medio collocandus ſit is, de cujus cognatione quæritur, cum ab eo incipiendum ſit. Et ſic ſine diſtinctione de eo loquitur, ſive in inferioribus, ſive in ſuperioribus, ſive in transverſalib. dinumeratio fiat, ut ſtatim ſubjicit, & poſita exempla in *d. l. ult.* oſtendunt. Diciturq; à d. JCto Paulo *in d. l. ult. ff. h. t.* duodecies, *Is, Ipſe, Ille, de cujus cognatione quæritur* (quo termino JCtus Ulpian. etiam in *l. hoc eſt. 2. ff. h. t. utitur*) quem neque patrem neque filium appellat, & tamen poſtea in *d. l. ult. §. primo gradu. 12. & ſeqq. ff. h. t.* ſicut & Imper. in *§. 1. & ſeqq. Inſt. eod.* primum gradum in ſuperioribus & tranſverſis conſtituit in patre, in inferioribus in filio: Unde ille, de cujus cognatione quæritur, præſupponitur, tanquam numerationis principium, quia tale principium ad conſtituendum primum gradum requiritur. *Gl. ad §. 1. Inſt. h. t.* Si enim pater ponatur in medio, dum ſupra avus avia erunt, ſi filius, infra nepotes ex filio filiáve qui nec numero nec gradu correſponderent. Et impoſſibile eſt, ut linea inferior ad ſolum patrem relatione factâ, omnia ſua nomina habeat, ſuperior &

trans-

tranſverſa verò ab ipſo duntaxat filio accipiat *d. l. ult. §. ſexto gradu 17. ff. h. t.*

XXVIII.

II. Si pater & filius pro diverſo reſpectu principium numerationis conſtituerent, id aut in mutua relatione, aut absq; hâc fieret. Illo caſu ſi quæreretur de ſuperioribus, filius eſſet is, à quo initium ſumeretur, ſi autem de inferioribus quæreretur, à patre initium ſumeretur; & ſic in ſuperiore lînea filius eſſet Hypotheticus, in inferiore eſſet pater; quia cujusque rei potiſſima pars principium eſt. *l. 1. junct. gl. ff. d. O. I.* Hoc autem non poteſt eſſe, filius enim ſemper inter inferiores, pater inter ſuperiores numeratur. *§. 1. Inſt h. t. l. 1. §. primo gradu 3. ff. eod.* Hoc caſu autem tantum unica perſona gradum conſtitueret, ſed gradus ſemper eſt inter duas, quia in generatione ſemper eſt alia perſona generans, alia generata. Unde ait JCtus Paulus *in d. l. ult. §. nam quotiens 9. ff. h. t. qui ei, qui mihi proximo gradu eſt, proximus eſt, ſecundo gradu eſt mihi.* Ubi primò collocatur Is, de cujus cognatione quæritur, in vocabulo *mihi*; deinde is, per quem conjungitur in verb. *proximo gradu*, poſtremò iſte, de quo quæritur, in vocabulo: *proximus.* Sin verò conſtitueret gradum ſingula perſona, non eſſet mihi ſecundo gradu, ſed tertio.

XXIX.

III. Quia linea recta cognationis dividitur in ſuperiorem & inferiorem, & ſuperior ab inferiore ſeparata eſt *pr. Inſt. h. t. d. l. 1. pr. l. ſtemmata 9. l. ult. §. 12. ff. eod.* Ergo neceſſe eſt medium quoddam eſſe, per quod ſeparentur: quoniam pater de lineâ ſuperiore, filius de lineâ inferiore eſt. *d. pr. & §. 1. Inſt. h. t. d. l. 1, in pr. & §. 1, d. l. ult. §. 12. ff. eod.* Optimè igitur ad iſtam linearum ſeparationem atque diſtinctionem collocatur in medio Hypotheticus, nam aliàs ſeparans & ſeparatum confunderentur. Vid. de hac quæſt. præter cæteros Ambr. Schur. *in d. tr. de grad. cogn. loc. 6,* Ubi pro hac ſententia unam & viginti rationes adducit, contrariaq; undecim argumenta ſolvit, & Cl. Dn. Præſ. *d. loc. th. 11.*

XXX.

Aut fit ſpecialis ſeu particularis graduum computatio, ſi inquiratur diſtantia inter duas perſonas certas, ut ſi quæratur,

 quot

quot gradibus pater & filius diſtent? quot avus & nepos? &c. Ubi negativam opinionem arripimus, & non eſſe adjungendum Hypotheticum, ſed ſtatim ab altero eorum, de quorum cognatione quæritur, numerationis initium faciendum eſſe, ſtatuimus, & confeſtim progredimur à patre ad filium, & unam generationem inter illos intercedere deprehendimus. E. uno gradu diſtant. Si quoque ab avo progredimur ad filium, à filio ad nepotem eos duobus gradibus diſtare invenimus. Neque hîc alia perſona Hypothetici intervenire debet, quæ ſeparata ab utraque lineâ rectâ, & in illis è conſiſtentium numero non ſit. Nam ſi alia perſona hîc adjiceretur, computatio eſſet falſa, gradusq; plures conſtituerentur, quàm ex rei veritate eſſe deberent: quia ubi perſona certa, de cujus cognatione quæritur, habetur, ibi non eſt opus perſonâ fictitiâ. Propterea enim fingitur perſona, quoniam non habetur vera & certa. Itaque longè differt hic caſus poſterior à priori. Nam ſi hîc una perſona conferatur cum pluribus, ratione cognationis diverſa nomina accipit, quod in graduum computatione priore aliter ſe habet, quia ibi perpetuò reſpectu Hypothetici cognati unum & idem nomen retinent. *t. t. Inſt. de grad. cogn. d. l. 1. d. l. fin. §. 12. & ſeqq. ff. eod.* In arbore conſanguinitatis totali, & iſtis diverſis lineis potiſſimùm numerus graduum, ſeu quot ſint cujusq; lineæ gradus, quæ ratione propinquitatis nomina, perpenditur. In altero verò caſu non inquiritur, quot ſint in qualibet linea gradus, neque an contentæ perſonæ unum ſive diverſa nomina habeant, ſed in quoto gradu differant perſonæ. Cl. Dn. Præſ. *d. loc. th. 12.*

XXXI.

Aliter verò computantur gradus de Jure Civili, aliter de Jure Canonico. In computatione illa ſemper eſt obſervanda hæc regula: Quot inter perſonas, de quarum cognatione quæritur, ſunt generationes, tot ſunt gradus. Hæc regula perpetua eſt de Jure Civili in omnibus lineis & cauſis. probaturq́, per *d. §. hactenus q. Inſt. h. t.* ubi probè notanda verba iſta. *Semper generata perſona gradum adjicit*, & per *l. ult. §. nam*

quoties

quotiens. 9. in f. ff. eod. ibi. *ſimiliter enim accedentibus ſingulis creſcit numerus.* Ratio & fundamentum hujus regulæ firmiſſimum eſt; quoniam gradibus cognationis potiſſimum natura inſpicitur. Unde etiam ex natura computatio ſumenda erit. Hinc inter perſonas numero generationes, & invenio gradus; ut quando quæro, quoto gradu diſtet filius à patre? invenio unam generationem, quæ facit unum gradum. Ex hac unicâ regulâ Juſtinianeâ, rejectis aliis omnibus obſcuris, ſupervacuis, minusq; neceſſariis Dd. regulis, de quibus vid. Ambr. Schur. *d. tr. de grad. cogn. loc. 7.* Omnes gradus omnisq; cognatio facilè & ſine omni negocio intelligi ac dijudicari poteſt. Borch. *ad h. t. Inſt. n. 4. & d. tr. de grad. ſub tit. definitio gradus &c. pag. 10.* Harpr. *ad d. §. hactenus 7. Inſt. h. t. n. 4. & ſeqq.* Excell. Dn. Præſ. *d. loc. th. 13.*

XXXII.

In computatione autem juxta Jus Canonicum tres traduntur Regulæ. Prima ſpectat ad lineam rectam, quæ ita ſe habet; Quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur, computatis intermediis, unâ demta, tot ſunt gradus. Quæ Regula in effectu, quoad lineam rectā in numeratione graduum nō diſcrepat à computatione Juris Civilis: nam ita tot deprehenduntur gradus, quot in computatione Civili, ut ſi quæratur, quot gradibus diſtent David & Rhehabeam, tres deprehenduntur in iſta ſerie perſonæ, duæ extremæ, una intermedia David, Salomon & Rehabeam, una perſona demitur, igitur duobus diſtant gradibus. Borch. *d. loc.* Clariſs. Dn. Præſ. *d. loc. th. 14.* Concipiturq; hæc regula ab aliquibus aliter, *nempe*; *Quot ſunt perſonæ, demto ſtipite, tot ſunt gradus.* Sed hæc adhuc inconvenientior priori eſt, ut infra *in th. 35.* demonſtratur.

XXXIII.

Secunda Juris Canonici Regula pertinet ad lineam Obliquam æqualem, & eſt hæc: Quoto gradu utraque perſona diſtat à communi ſtipite, eodem diſtat una ab alterâ earum, de quarum cognatione quæritur.

Eaq;

Eaq; colligitur ex *c. quod dilectio. 3.* & ex *c. f. ext. de conſang & affin.* Conr. Wolff. *in ſuis Erotem. hîc th. 12.* Sed longè differt hæc computatio Juris Canonici quoad collaterales à computatione civili, ut è *c. ad ſedem. verſ. namq; cauſ. 35. q. 5.* apparet, ibi enim quaſi ponitur pro regula; *Duo gradus legales, unum gradum Canonicum conſtituunt*; Sicq; frater & ſoror, qui de jure civili ſunt in ſecundo gradu §. *2. Inſt. h. t. d. l. 1. §. 4. d. l. fin. § 13. ff. eod.* de Jure Canonico ſunt in gradu primo *d. c. ad ſedem. verſ. fratres.* itaq; Conſobrini de jure Civili quatuor gradibus à ſe invicem ſunt remoti §. *4. Inſt. h. t. d. l. 1. §. 6. d. l. ult. §. quarto gradu 15. verſ. eodem gradu. ff. eod.* De Jure Canon. duobus tantum differunt *d. c. ad ſedem. verſ. filii.* Sobrin. de jure Civili dicuntur eſſe in ſexto gradu §. *6. Inſt. h. t. l. ſextò gradu. 3. d. l. f. §. ſexto gradu 17. ff. eod.* de Jure Canon. numerantur in tertio *d. c. ad ſedem. verſ. nepotes.* vid. Cl. Dn. Præſ. *d. loc. th. 15.*

XXXIII.

Tertia Juris Canonici Regula complectitur lineam obliquam inæqualem, eaq; hæc eſt. Quoto gradu remotior perſona diſtat à ſtipite, eodem gradu inter ſe diſtant perſonæ, de quarum cognatione quæritur. *d. c. ult. ext. de conſang. & affin.* Conr. Wolff. *in ſuis Erot. hîc th. 14.* Et ſic Patruus à fratris filio de Jure Canonico differt duobus gradibus, de Jure Civili tribus. Et ita quoque hâc regulâ magna inducitur differentia, inter computationem Juris Civilis & Canonici. Exc. Dn. Præſ. *d. loc. th. 16.*

XXXIV.

Sed hic quæritur, utránam computatio melior, verior, ac convenientior ſit. Utrum Juris Civilis, an Canonici? Nos computationem Civilem Canonicæ longè prævalere exiſtimamus. Civilis enim innititur firmiſſimo fundamento, videlicet generationi. *ſupr. th. 31.* non autem Canonica. Et licet à computatione Juris Civilis in effectu, quoad lineam rectam nihil differat; attamen regula iſta Canonica, quoad hanc lineam admodum incongrua eſſe videtur. Eſt abſurdum dicere, tot eſſe gradus, quot perſonæ numerantur, quaſi verò gradus & perſona idem ſint, ac non potius perſona ſit in gradu. Hotom.

d. diſp.

d. diſp. de caſt. nupt. part. 1. c. 3. p. 45. Vel quaſi immediatè reſultet è perſona gradus, & non potius è generatione. Et annon ſuſpenſus relinquitur animus? Cur ſit perſona & quænam demenda? Quomodo removeri poterit una perſona, ſi quæratur quoto gradu inter ſe differant pater & filius. Siq; autem eo modo concipiatur regula, quemadmodum *ſupra th. 32. in fin.* monitum fuit, ut ſtipes vel communis ſtirps dematur, adhuc aliud majus abſurdum ex eo ſequetur: Nam nonne hoc abſurdum, ſurculos numerari reſpectu ad radicem & ſtirpem nullo ſubito? Annon hoc eſt contra naturam cognationis & generationis è qua illa provenit? Sic fiet numeratio non ritè, ſed per ſaltus, quod itidem contra naturam computationis graduum eſt. Imò monſtro non abſimile eſt, generationes ponere abſque ſtipite, ut inquit Borch. *d. loc. p. 10.* Hæc quoq; computatio Canonica in ipſa regula ne minimum quidem exhibet fundamentum, unde dependeat: Regula verò Juris Civilis computationis exhibet fundamentum ſolidiſſimum, videlicet generationem.

XXXVI.

Sed quod ad lineam obliquam attinet, inconvenientia eſt adhuc major. Nam tot eſſe gradus, quot generationes, natura oſtendit, unde & alicubi in ipſo Jure Canonico habetur reſpectus ad generationes in gradibus, ut liquidò apparet è *c. parentelæ 4. cauſ. 35. q. 5. c. quædam lex. 20. c. contradicimus 21. cauſ. 35. q. 2. & 3.* In computatio[illegible]em Canonica reſpectus ad generationes planè removetur. Sed volunt nonnulli, quod de Jure Canonico ex una parte tantùm generatio perpendi debeat; Sed cur non quoq; ex altera parte? cum ex utraq; generationes diverſæ atque diſtinctæ ſint; Nec poteſt ulla dari ratio, cur non ex utraque, ſed tantùm ex altera parte generationum numeratio fieri debeat? Si non tranſimus per communem parentem, non à fratre ad fratrem pervenire poſſumus, quia ſunt duæ generationes, una fratris prioris, altera fratris poſterioris. Parum quoq; refert quod à Cc. duæ perſonæ cenſeantur pro unâ, reſpondemus enim quod valdè incongruè id fiat, quoniam contra veram rationem & naturam graduum eſt, cenſere duas perſonas pro una.

XXXVII.

Tertiam & ultimam regulam Canonicam ſpectantem ad lineam obliquam & inæqualem, tam craſſam & falſam eſſe putamus, ut multarum abſurditatum mater dici poſſit, quemadmodum demonſtrat Beza *in tr. de repud. & divort. p. 25.* ubi ſequens exemplum habet Thara genuit Abrahamum & Nahorem, Abrahamus genuit Iſaacum, Iſaacus Jacobum, Jacobus Joſephum, Joſephus Manaſſem. Nahor genuit Bethuelem, Bethuel Labanum: Si nunc quæratur, quoto gradu Laban à Manaſſe diſtet? Reſpondebitur ſecundum hanc regulam Canonicam eos quinto gradu diſtare, ſi quæratur, quoto gradu ſint Bethuel & Manaſſe? reſpondebitur, quinto; quoto ſint Nahor & Manaſſe? reſpondebitur itidem quinto. Atqui res ipſa clamitat, quum Nahor, Bethuel, Laban, aliquot inter ſe gradibus diſtent, à Manaſſe ipſos pari gradu diſtare non poſſe, niſi naturæ ipſius ordine convulſo, patrem Nahorem, filium Bethuelem, nepotem Labanum, obliqua æquali linea colloces? ut Nahor patruus maximus à Manaſſe fratris ſui Abrahami abnepote, Bethuel patruus major ab eodem Manaſſe patruelis ſui pronepote, & Laban deniq; patruus magnus ab eodem Jacobi ſobrini ſui nepote, uno eodemq; gradu diſtent: quomodo enim uni tertio poſſunt eſſe æqualia, quæ inter ſe ſunt inæqualia. Et ex hac computatione, in contrahendis matrimoniis magna oritur abſurditas, quæ rectè à Dd. notatur, nempe ut contra naturam aliquis nepotem ejus uxorē ducere poſſit, cujus filiam uxorem ducere non licet. §. *fratru. 3. Inſt. de nupt.* Suntq; nullius momenti, nihilq; efficiunt rationes, quæ adducuntur *in d. c. ad ſedem 2. cauſ. 35. q. 5.* Cum prohibitio conjugii longè commodius pro rei ſubjectâ materiâ extendi vel contrahi, quàm vera graduum numeratio immutari potuerit aut debuerit: Imò major confuſio & inconvenientia ad cauſas matrimoniales, propter quas tamen à Pontifice introducta eſt, reſultat, ut multis probant Beza *d. tr. de Repud. & Divort.* & Hotom. *d. diſp. de caſt. nupt. part. 1. c. 3.*

XXXVIII.

Hæcq; computatio uſitata non fuit in antiqua Eccleſia, ut apparet è Theologis, Græcis & Latinis, de quibus vid. Hot. *d.*

diſp.

diſp. de caſt. nupt. part. 1. c. 2 & 3. in pr. pag 64. Et concedit Cujacius *ad rubr. extr. de conſang. & affin.* Nullaq; eſt ratio conſequentiæ; Nuptiæ abſq; duabus perſonis non poſſunt fieri. E. in linea obliqua (videlicet inter collaterales) duæ in uno gradu conſtitui debent; quaſi verò hac de cauſa talis confuſio ſit introducenda, naturalisq; cognatio mutāda, ejusdemq; veri gradus ſint dirimendi. Neq; Pontifex cum ſuis defenſoribus prætendere poteſt, ſe reſpicere ad id, quod iſtæ perſonæ ratione conjugii una caro dicantur. *c porro 3. cauſ 35. q. 5.* Ipſe enim gradus & intervalla inter eas conſtituit. *d. c. porro. 3. & t. t extr de conſang. & aff.* Si conſobrini nuptias contrahunt, eos duobus gradibus diſtare ipſe pontifex dicit in *d. c. ad ſedem 2. cauſ. 35. q. 5.* Ex quo patet, nunquam intellexiſſe aut percepiſſe Alexandrum Papam & Canoniſtas mentem Gregorii primi. Hic enim ad diſtantiam à Genarcho, non conſobrinorum inter ſe reſpexit. Vid. Hot. *d. loc. p. 41. & 61.*

XXXIX.

Nec Duareni *ad t. ff. de inoff. teſt. c. 5. p. 175. & ad t. ff. ſolut. matr. c. de nupt. q. 3. p. 247.* commentum ſubſiſtere poteſt, qui licet ingenuè fateatur, Pontifices non ex duobus gradibus unum, aut ex quatuor gradibus duos efficere potuiſſe, cum hoc perabſurdum ſit; pro excuſatione tamen Pontificiæ computationis ſubjicit, cognationis contemplatione, non iſtarum perſonarum lineæ transverſæ inter ſe, ſed parentis communis unum è duobus gradibus conſtitutum eſſe, ut frater & ſoror, licet inter ſe duobus gradibus, tamen uno gradu diſtent à Patre communi. Sed ita interpretatur verba contra expreſſam mentem loquentis. Nam dicit diſertè Pontifex in *d. c. ad ſedem. Duo gradus legales unum Canonicum conſtituunt. Fratres itaq;, qui ſecundum ſeculares leges dicuntur in ſecundo gradu, juxta canones numerantur in primo &c.* Quomodo potuiſſet Pontifex opponere ll. & canones in eo, ſi non de eodem caſu, de quo in ll. ſermo ſit ipſe loqueretur. Hæcq; interpretatio Duareni ulterius refragatur *c. quod dilectio. 3. & c. f. extr. de conſang. & affin.*

XL.

Unde ſanè computationem abſurdam atq; ineptam eſſe, ait Hot. *d. loc.* & melioribus ſeculis ignotam dicit Beza *in d. tr.*

de repud. & divort. p. 39. eamque ingeniorum crucem nominat Borch. *d. tr. de grad. ſub t. definitio gradus &c. p. 10.* appellatq; falſam & multarum abſurditatum matrem, civilemq; longè ſaniorem Conr. Wolff. *in Erotem. hic th. 16. & 17.* eam incertitudine & falſitate laborare inquit Elias Rober. *diſp. ad Inſt. 2. cor. 1.* quod etiam Leopold. Hakelm. *diſp. illuſtr. quæſt. 14. th. 2. lit. b.* exiſtimat. Et turpiſſimum atq; erratum eſſe putat Vult. *in pr. Inſt. de nupt. n. 48. in fin.* Ideò Canones delirare aſſerit Anton. Matth. *diſp. ad Inſt. 13. t. 17.* Eam abſurdam vocat Hunnius *variar. reſol. lib. 1. tr. 3. q. 20. p. 177. & diſp. ad Inſt. 2. th. 36. & 38. & diſp. 12. th. 25.* Nihilque abſurdius eâ excogitari potuiſſe cenſet Hœnon. *d. diſp. ad ff. th. 3. lit. i.* Civilemq; rectiorem eſſe oſtendit Treutl. *vol. 2. diſp. 6. th. 2. lit. f.* Imò quoq; à quibuſdam Cc. & Pontificiæ religionis JCtis rejicitur, atque condemnatur, ut à Cujac. *ad rub. extr. de conſang. & aff.* ubi dicit, *computationem Canonicam nec admodum vetuſtam eſſe, nec ex causâ ſatis idoneâ inductam.* Plura de ejus inconvenientiâ latè ſcripſerunt Beza & Hot. *dd. locis*, itemque Cl. Dn. Præſ. *d. loc. th. 12.* Diſs. Cc. & Pontificii plerique, ac inter eos latè Robert. Bellarm. *in contr. Theol. loc. de matr. c. 24.* quorum opinioni ruinoſæ fruſtrâ fulcrum ſupponere conatur Duar. *dd. locis.*

XLI.

Computatio Juris Canonici tamen non ob ejus bonitatem & veritatem, neque ob introducentis authoritatem vel majeſtatem, ſed ob conſenſum ordinum Imperii & inveteratam conſuetudinem in cauſis matrimonialibus communiter eſt recepta Treutl. *d. loc.* Hakelm. *d. loc.* attenditurq; quoad conjugia in omnibus terris Imperii, iis etiam quæ Pontificiæ religioni minimè ſunt addictæ, nec habent Pontificiæ religionis magiſtratum. Cypr. *de Jur. Connub. part. 2. de matrim. c. 6. §. 3. n. 2.* Schneidwin. *ad t. Inſt. de nupt. c. de arbor. Conſang. num. 10. & 11. & de arbor. Canon. n. 1.* Weſenbec. *in arg. t. Inſt. de Grad. Cognat. n. 5. & in Parat. hic n. 13.* & Dd. communiter *ad §. hactenus 7. Inſt. h. t.* Unde computatio Canonica quoque recepta eſt, quoad cauſas matrimoniales, in hoc Electoratu Saxonico, ut patet *ex Ordinat. Provincial. D. Auguſti part. 4. Conſtit. 22.*

& Or-

& Ordinat. Eccleſiaſt. ſub rubr. von Eheſachen / *tit.* welche Perſo-
nen / 2c. *fol. 112.*

XLII.

Hac occaſione pauliſper inquiremus in quibuſnam gradibus cognationis conjugium prohibitum ſit. Et quidem in lineâ rectâ ſive inter aſcendentes & deſcendentes in omnibus gradibus in infinitum uſque prohibitum eſt. De Jure Divino *Levit. c. 18. v. 7. & c. 20. verſ. 11. Deut. c. 22. in fin. 1. Cor. 5.* Civili *§. 1. Inſt. de nupt. l. nuptiæ. 53. l. f. ff. de R. N. l. nemini. 17. C. de nupt. Ulp. in fragm. t. 6. §. 5. Cajus lib. 1. t. 4. §. 1.* Canonico *c. 18. cauſ. 35. q. 3. Abb. in c. non debet. extr. de Conſang. & aff.* & Saxonico *Gl. Germ. ad* Landtrecht. *lib. 1. art. 3. n. 7.* Quod etiam expreſsè confirmatum eſt, *per conſtit. provincial. Elect. Maurit. ſub rubr.* Die Ehe wird verboten / 2c. *tit.* Von der Blutfreundtſchafft *pag. 183. & per D. Auguſti d. Conſt. 22 part. 4. & d. Conſt. Eccleſ. ſub rubr.* von Eheſachen. *tit.* welche Perſonen. *§. 1. fol. 112.* Vid. Joach. à Beuſt. *in tr. Connub. part. 2. de matr. c. 51.* Cypræ. *de Jure Connub. p. 2. de matrim. c. 6. §. 1. n. 1. & 2.* Schneidwin. *ad tit. de Nupt. c. de arb. Canon. num. 4.* Ambroſ. Schurer. *d. tr. de grad. Cogn. loc. 12.* Weſenb. *in parat. de* R. N. *n. 4. & ad §. 1. Inſt. de Nupt.* P. Heig. *ib. n. 3. & ſeqq.* Harpr. *n. 2. & ſeqq.* Borch. *n. 1. & in d. tr. de grad. p. 98.* Vult. *ad pr. Inſt. de nupt. n. 49. & in Juriſpr. Rom. c. 18. n. 9.* Val. Guil. Forſt. *in tr. de nupt. c. 7. p. 75. & ſeqq.* Hœnon. *diſp. ad π. 6. th. 4. lit. a.*

XLIII.

Dd. hîc communiter pro exemplo adducunt, ſi Adam etiamnum viveret, eum uxorem reperirè non poſſe, cum omnes ex eo deſcendant Gl. *ad §. 1. verſ. in infinitum. Inſt. de nupt. d.* Gl. *ad* Landtrecht. *lib. 1. art. 3.* Ant. Matth. *hîc in ſuis notis* Vult. *d. loc.* & alii. de quo tamen quærere ridiculum eſſe cenſet Weſenb. *ad d. §. 1. Inſt. de nupt. n. 2.*

XLIV.

Et nihil intereſt ex juſtis nuptiis ſint progeniti liberi, annon: *l. & nihil. 54. junct. l. adoptivus. 14. §. ſerviles. 2. ff. de* R. N. *d. gl. ad* Landtrecht *lib. 1. art. 3.* Borch *d. tr. de grad. p. 98. & ad d. §. 1. Inſt. de nupt. n. 1.* Harpr. *d. loc. n. 11.*

XLV.

Sive parentes & liberi conditionis ſervilis ſint ſive liberæ, nam nec inter illos contubernium eſſe poteſt *arg. l. jura ſanguinis 8. de R I §. pen. J. de J. N. G. & C. §. minus 11. Inſt. de hær. quæ ab int. defer. junct. d. l. adoptivus 14. §. ſerviles. 2 & §. ſeq. ff. de R. N. l. fin. ff. eod.* Vult. *ad d. §. illud certum eſt 10. Inſt. de Nupt.* Mynſ. *ibid.* Weſemb. *n. 1. & 2.* Harpr. *n. 1. & ſeq. usq; ad finem* Hœnon. *d. diſp. ad π. 6. th. 4. lit. B.* Diſs. Borchold. *ad d. §. 10. n. 2.* qui aſſerit eum, qui in ſervitute eſt, matri copulari poſſe; ſed graviter nobis lapſus videtur; Cum non ſolum id Jure Divino & naturali ſed etiam Civili contrarium deprehendatur.

XLVI.

Sive ſint parentes & liberi naturales, ſive tantùm legitimi ſeu adoptivi: Quod adeò verum eſt, ut etiamſi vinculum adoptionis ſit diſſolutum, idem juris tamen maneat. *d. §. 1. l. quin etiam 55. ff. de R. N.* quoniam ſemel parentes & liberi fuerunt. P. Heig. *d. loc. num. 12.* Weſemb. *d. loc. n. 5.* Vult. *in Juruspr. Rom. c. 18. n. 10.* Ant. Matth. *diſp. ad Inſt. 2. th. 8.* Hœn. *d. diſp. ad π. 6. th. 4. lit. c.* Harpr. *d. loc. n. 11. 12. & 13.* Val. Guil. Forſt. *d. tr. de nupt. c. 7. p. 79.*

XLVII.

Rationem autem cur aſcendentes cum deſcendentibus matrimonium contrahere nequeant, quidam adducunt è Platone *lib. 4. d. LL.* quod ex diſcrepantium ætatum conjunctione, nimium imbecilles partus edantur, ſiquidem parentum profecta ætas matrimoniis adoleſcentulorum haud bene conveniat.

XLVIII.

Sed verior graviorq; ratio habetur in jure noſtro. Pudor enim naturalis in contrahendis matrimoniis eſt inſpiciendus, & contra pudorē eſt filiam ſuam vel neptem &c. uxorē ducere, ut indicat JC. Paulus *in d. l. adoptivus 14. §. ſerviles. 2. in f. ff. de R. N.* Hæcq; ipſa ratio ab eodem JCto Paulo affertur *in l. ult. ff. eod.* ubi ait: Jure gentium inceſtum committit, qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium uxorem duxerit. Eſt igitur Jure gentium tale matrimonium etiam prohibitum Borch. *ad d. §. 1. Inſt. de nupt. n. 3. & in tr. de grad. d. p. 98.* Harpr. *d. loc. n. 9. qui num. 6.*

& 7. plu-

& 7. plures rationes refert. Val. Guil. Forſt. *in tr. de nupt. d. c. 7. p. 75.* Cypr. *de Jur. Connub. part. 2. c. 6. §. 1. n. 2.* Weſ. *in parat. de R. N. n. 4. & ad §. 1. Inſt. de nupt.* Joach. à Beuſt *tr. Connub. part. 2. de matr. c. 51.*

XLIX.

Hancq; prohibitionem à naturâ fluxiſſe oſtendit Socrates apud *Xenoph. lib. 3. rer. memor.* divinitus inquiens latam eſſe legem, ne parentes liberis, vel liberi parentibus miſceantur; & Plato *lib. 8. de LL.* his verbis. A filio & filiâ lex etiam non ſcripta jubet abſtinere, & neq; palã neq; clam cum iis commiſceri. Et naturæ fœdus non permittit concubitũ cum matribus & filiabus *l. eum qui 19. C. de Epiſc. & Cler.* Hincq; Imp. Juſtin. refert bruta quædam nefandam iſtam conjũnctionẽ averſari *Nov. 12. c. 1.* Cujus rei exempla ex probatis authoribus multa refert Borch. *ad d. §. 1. & in tr. d. grad. pag. 99. & ſeqq.* vide Cypr. *de Jur. Connub. p. 2. de matr. c. 6. §. 1. n. 3. & ſeqq.* Val. Guil. Forſt. *d. loc.* Harp. *d. loc. n. 1.*

L.

Si igitur quis contra hanc prohibitionem fecerit, nefarias atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicitur *d. §. 1. Inſt. de nupt. l. ſororu 39. §. 1. l. etiamſi 56. l. f. ff. de R. N. Ulp. in fr. tit. 6. § ſi quis eam 7.* Cajus *lib. 1. t. 4. §. quod ſi quis. 9.* Weſ. *ad d. §. 1. in fin.* Vult. *ibid. n. 3.* Borch. *d. tr. de grad. pag. 103.* Harp. *d. loc. n. 14.*

LI.

Nefariæ dicuntur, quòd contra fas, hoc eſt, jus divinum & humanum contractæ ſint. Inceſtæ appellantur, quòd minimè caſtæ ſint. Secundum Iſidorum quem Borch. & Harpr. *dd. loc.* referunt & ſequuntur. Sunt ergò nûptiæ inceſtæ, à quibus abeſt pudor, honeſta reverentia ſanguinis, forma, ordo, & ſolennitas conjugalis. Weſenb. *d. loc.*

LII.

Diſtingunt verò vulgariter interpretes Juris nuptias nefarias ab inceſtis, ut propriè ſint nefariæ inter aſcendentes & deſcendentes, ſive inter parentes & liberos. Inceſtæ autem inter collaterales in vetitis gradibus, itemque inter affines Gl. *ad rubr. C. de inceſt. nupt.* Joach. à Beuſt *tr. Connub. part. 2. de matr.*

per d. Nov. 12. Videtur etiam diſſentire Cypræ. *d. tr. de Iur. Connub. part. 2. de matr. c. 3. §. 1. n. 3. & ſeqq.* Vult. *d. loc.*

LIII.

Prohibentur verò nuptiæ in linea etiam collaterali ſeu transverſali. Et primò inter omnes eos, qui ſunt parentum liberorumve loco, ut ſunt, patruus, avunculus, amita, matertera & fratris ac ſororis liberi cujuscunque gradus. *§. item amitam. 5. Inſt. de nupt. l. per adoptionem 17. §. ult. ff. de R. N. l. nemini. 17. C. de Nupt.* cujus enim filiam uxorem ducere non licet, neque ejus neptem, *§. fratris vero. 3. Inſt. de Nupt.* neque proneptem, cum parentis loco eidem ſit. *l. Sororis 39. ff. de R. N.* permittitur. *d. l. adoptivus 14. §. 2. d. l. etiamſi 56. ff. de R. N. l. miles. 11. §. 1. l. ſi adulterium 38. §. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. d. l. nemini 17. C. de Nupt. l. ult. C. de Inceſt. nupt. l. 2. C. ſi nupt. ex reſcripto petant.* In hoc etiam Electoratu, ut patet ex *conſtit. provin. D. Mauritii pag. 186.* P. Heig. *ad §. inter eos quoq; 2. Inſt. de Nupt. num. 7. & 10.* Vultei. *ad pr. d. t. Inſt. de Nupt. n. 49. & in Juriſpr. Rom. c. 18. n. 11.* Cypræ. *de Jure Connub. part. 2. de matrim. c. 6. §. 1. n. 19.* Borchold *ad d. §. 2. n. 4. & ſeqq.* Hoen. *d. diſp. ad π. 6. th. 4. lit. d.* Harpr. *ad d. §. 1. n. 5. §. 3. n. 1. §. item amitam 5. n. 1.*

LIV.

Quousque autem aliâs in linea obliqua prohibitio matrimonii de Jure Divino ſe extendat, illud patet ex *Levit. c. 18. & c. 20.*

LV.

De jure civili ſecundum computationem civilem uſque ad gradum quartum excluſivè matrimonia ſunt reſtricta: In gradu verò quarto nuptiæ rectè contrahuntur *§. duorum 4. Inſt. de Nupt. l. Lucius 78. §. filius 8. ff. ad SCtum Trebel. l. celebrandis 19. C. de Nupt. l. conditioni 2. C. de Inſtit. & Subſt.* Ratio eſt in promptu; quoniam nempe hæ perſonæ eodem gradu & æqualiter à ſtipite diſtant, & per conſequens nec parentum nec liberorum loco ſibi invicem ſunt, proinde ejuſmodi reverentiam, qualis parentibus tribuitur, ſibi invicem non debeant: Cum reverentiæ ratio in æquales non cadat, ſed exiſtimentur convenientiſſimæ inter æquales nuptiæ, ut rectè tradiderunt Cypræ.

de Jure

de Jure connub. part. 2. de Matrim. c. 6. §. 1. n. 19 in med. & Harpr. *ad d. §. duorũ 4. n. 9.* Vulte. *ibid. n. 1. & in Juriſpr. Rom. c. 18. n. 14. & 18.* Weſenb. *ad d. §. n. 1.* Anton. Matth. *ibid. in Not. & diſp. ad Inſt. 2. th. 9.* Borch. *n. 8. & in tr. de Grad. pag. 111.* Tim. Faber *diſp. ad Inſt. 5. th. 10.* Hillig. *in Donel. 13. Comment. c. 19. lit. H.* Schneidvv. *de Nupt. c. de arbor affinit. n. 18.* Dn. Dom. Arum. *exercit. 2. th. 13.* Val. Guil. Forſt. *de Nupt. pag. 68.* Hœn. *d. diſp. π. 6. th. 4. lit. h.*

LVI.

Sed Canoniſtæ, qui ſemper ſingulare aliquid introducere ſtudent, & ad omnia pervertenda quaſi nati ſunt, tale conjugium inter conſobrinos contractum valdè improbant. Nam veteri Canonum Jure nuptiæ prohibebantur uſq; ad gradũ ſeptimum *Cauſ. 35. q. 2. & 3.* De Jure noviori ad gradum uſq; quartum incluſivè *d. c. ad ſedem 2. cauſ. 35. q. 5. c. non debet 8. extr. de conſang. & affinit.* qui ſecundum computationem Civilem eſt octavus, *nam duo gradus legales unum gradum Canonicum conſtituunt d. c. ad ſedem.* Rationem autem hujus prohibitionis ipſe Pontifex tradit, in *d. c. non debet.* his verbis: *Quaternarius verò numerus benè congruit prohibitioni conjugii corporalis, quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis.* Sed quàm abſurda ejus eſt computatio, tam inepta etiam eſt hæc ratio, & riſu potius quam reſponſione digna, ut loquuntur Val. Guil. Forſt. *in d. tr. de Nupt. c. 7. pag. 90.* Harpr. *ad d. §. duorum. n. 6. &* Borch. *d. tr. de Grad. pag. 111.* Vid. Ambr. Schur. *d. tr. de Grad. cognat. loc. 12.* Schneidvv. *de Nupt. c. de arbor. affin. n. 18. in fin.* Pet. Heig *ad d. §. duorum n. 13.* Weſenb. *ibid. n. 2. & in parat. de R. N. n. 4. in medio.* Vult. *ad d. pr. Inſt. de Nupt. n. 49. in fin.* Hunn. *var. reſolut. lib. 1. tr. 3. q. 21. pag. 182.* Hœnon. *d. loc.*

LVII.

Sanè hac in re plurimum poteſt autoritas magiſtratus. In hoc noſtro Electoratu Saxonico, ubi computatio Canonica eſt

verbotten/So ſoll doch die Ehe in vnſern Landen hinfürder nicht wei-
ter/ denn in den dritten grad vngleicher Linien des Geblüts vnnd Schwägerſchafft verboten/vnd in den dritten gleicher Linien/ vnd in den vierdten grad erlaubet vñ nachgelaſſen ſeyn *&c. & fol. 187. in fin.* Alſo daß die Ehe in den dritten grad vngleicher linien verboten ſeyn/ *&c. & fol. ſeq.* Im dritten glied aber gleicher Linien/ dergleichen im vierten gliede wird die Ehe in dieſen Chur vnd Fürſtenthumb/aus bewegkichen vrſachen/weil es in Göttlichen/ Natürlichen vnd Kayſerlichen Rechten nicht verboten/ nachgelaſſen *&c.* Et ita etiam in Conſiſtoriis pronũciari ſolet. *Ordin. Eccleſ. D. Aug. rubr.* von Eheſachen. *tit.* welche Perſonen *&c. fol. 112.* ab. Die perſonen welche ſeithalben einander zum dritten glied vngleicher linien verwand ſeyn/ ſollen einander nicht ehlichen/ Joach. à Beuſt. *d. tr. Connub. part. 2. de matr. c. 56.* ubi formulam ſententiæ habet. P.P. Ob wol dieſe Ehe in dritten glied vngleicher linien in H. Göttlicher Schrifft nicht verboten/ dennoch aber vnnd dieweil dieſelbe in Churf. Landsordnung/ wegen Zucht vnd Erbarkeit nicht nachgegeben/ ſondern abgeſchafft/ ſo ſeyd jr auch die vorhabende Ehe ohne ſeiner Churf. Gn. gnädigſte zulaſſung bey vermeidung der Straffe zu volziehen/ nicht beſuget/ von Rechts wegen. Et Ambr. Shurer. *d. tr. de grad. cog. loc. 12.* ubi etiam formulam annectit. Vid. etiam Pet. Heig. *d. loc. n. 14.* & Weſenb. *dd. locus* item. Val. Guil. Forſt. *in ſentent. tr ſuo de nupt. anneſt. p. 221.*

LIIX.

Prohibentur autem nuptiæ etiam inter affines ad ſimilitudinem cognatorum. Et quidem inter omnes, qui parentum liberorúmve locum obtinent, ut ſunt Vitricus, Noverca, Privignus, Privigna, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Proſocer, Proſocrus, Progener, Pronurus. *Lev. 18. & 20. d. §. 6. & 7. Inſt. d. nupt. d. l. non facilè 4. §. hoc itaque 7. junct. præced. §. §. ff. de grad. & aff. l. ſi. qua 12. §. 1. & 2. d. l. adoptivus 14. l. uxorem. 15. l. Ariſto 40. ff. de R. N. l. cui eorum. 3. § item Pomponius. 2. ff. de poſtul. d. l. nemini 17. C. de nupt. c. 1. extr. de conſ. & affin. d. Gl. ad* Landrecht. *lib. 1. art. 3. n. 9. Conſt provinc. D. Maurit. ſub rubr.* von wegen der Schwägerſchafft. *tit.* folget nun von Perſonen. *&c. fol. 158. Conſt. D. Aug. 24. part. 4. fol. 85. & d. Conſt. Eccleſ. §. 3. fol. 115.* Cypr. *de Jur. Connub. part. 2. de matr. c. 6. §. 2. n. 1. fol 685.* Schneidvv. *de nupt. c. de arb. affin. n. 19.* Pet. Heig. *ad d.*

§. *affini-*

§. *affinitatis. n. 7.* Weſenb. *ibid. n. 4.* Borch. *n. 2. & ſeqq. & in tr. de grad. p. 112.* Vult *ad d. pr. n. 20.* Hœnon. *d. diſp. th. 5. lit. g.* Harp. *ad d. §. 1. n. 5. & ad d. §. 6. & 7. n. 1. & ſeqq.*

LIX.

Deinde etiam de Jure divino prohibetur conjugium, inter eos affines, qui fratrum ſororumvè loco ſibi eſſe cæperunt, ut patet ex *Lev. d. c. 18. & c. 20.* Cui obſtare videtur *c. 28. v. 5,* Ad quod prolixè reſpondet Joach. à Beuſt. *in tr. Connub. part. 2. de matr. c. 5.* Aliàs habetur regula de cæteris affinibus, qui non loco parentum aut liberorum ſunt, Quoto gradu inter conſanguineos nuptiæ conſiſtere non poſſunt, eodem gradu affines inter ſe contrahere nequeunt. Weſenb. *ad d. §. affinitatis. n 2.* Quoto autem gradu conſanguineis ſocietas conjugalis eſt conceſſa, eodem etiam affinibus. *c. quædam. lex. 20. cauſ. 35. q. 2. 3. & c. non debet. 8. de conſang. & aff.* Quæ regula quoque de Jure Saxon. procedit *d. Gl. Germ. ad* Landrecht. *lib. 1. art. 3. n 9 d. Conſtit. provinc. D. Maurit. tit.* Von Graden darinnen die Ehe verboten. *fol. 31. ubi.* So ſoll doch die Ehe in vnſern Landen hinfürder nicht weiter / denn in den dritten grad vngleicher linien des Geblüts vnd Schwägerſchafft verboten / vnnd in den dritten glied vngleicher Linien erlaubt vnd nachgelaſſen ſeyn / *&c. fol. 191. d. Conſt. D. Auguſti 24. part. 4. & d. Conſt. Elect. §. 3. fol. 115.* Quamvis enim nec de Jure Civili nec aliàs propriè dari poſſint gradus affinitatis, de Jure tamen Canon. (cujus computatio in matrimonialibus eſt recepta *ut ſuprà dict.*) ad exemplum graduum cognationis numerantur, *ut ſuprà th 40. relatum per c. porro 35. q. 5. & ib. in arb. affin.* Ubi etiam ſicut & in *d. c. non debet.* Pontifex tria genera affinitatis comminiſcitur, quę latè ibidem à Canon. explicantur & à Schneidvv. *de nupt. c. de arb. affin. à n. 7. usq. ad 15.* Cypræ. *de jur. Connub. part. 2. de matr. c. 6 §. 2. n. 2. & ſeqq.*

res in collaterali inceſtus de Jure gentium committitur. *Lev. 18. v. 9. Deut. c. 27. v. 20. 22. 23. l. libertinam 8. ff. d. R. N.* ibi. *Libertinus libertinam matrem aut ſororem uxorem ducere non poteſt, quia hoc jus moribus non legibus introductum eſt. d. l. ult ff. eod. l. 1 §. pen ff. de Concub. l. ult. ff. de cond. ſin. cauſ. l. ult. ff. ad. Jul. de Adult. l. ult. C. de inceſt. nupt.* Tim. Fab. *diſp. ad Inſt. 8. th. 9.* Hunn. *var. reſol. lib. 1. tr. 3. q. 22. p. 186.* Borch. *d. tr. de grad. p. 111.* Vult. *ad d. §. 1. Inſt. de nupt. n. 3. & Juriſpr. Rom. c. 19. n. 20. 30. ſeq. p. 115.* Schneidvv. *de nupt part. 3. n. 4.* Diſs. Weſenb. *ad d. § Inſt. 2. de nupt. n. 1.* Val. Guil. Forſt. *in tr. ſuo Juſt. diſp. 3. th. 24.* Hœn. *diſp. ad Inſt. 2. contr. 11.* per quatuor rationes, quas refutare conatur Tim. Fab. *d. loc.*

LXI.

Inter cæteros collaterales in gradibus prohibitis inceſtus Jure Civili committitur *l ſi adulterium. 38. §. quare 2. & §. inceſtum 7. ff. ad L. Jul. de Adul. d. l. etiamſi 56. ff. de R. N.* Joach. à Beuſt. *d. tr. Connub. p. 2. de Matrim. c. 59.* Pet. Heig. *ad d. §. 1. Inſt. de nupt. n. 11.* Borch. *d. loc.* Vult. *ad d. §. 1. n. 4. & in Juriſpr Rom. n. 32. & ſeqq.*

LXII.

Hic duæ incidunt quæſtiones, I. An princeps in gradibus, qui non in Jure Divino & Civili, ſed tantum in ſua ditione ſunt prohibiti, poſſit diſpenſare? Quod aſſerimus. Quicquid enim propriâ & publicâ autoritate introduxit & conſtituit, id pro arbitrio ex cauſis urgentibus poteſt tollere, ſi non eſt contra jus divinum & Cæſareum. Igitur etiam Potentiſſimus Elector Saxoniæ D. Auguſtus, Jus diſpenſationis ſibi reſervavit *in Conſtit. Eccl. ſub rubr.* Von beyden *Conſiſtoriis* zu Wittemberg vnd Leipzig *tit.* von proceß der Conſiſtorien *& in fin. pag. 256. ubi* Wenn auch in Eheſachen bey den Conſiſtorien vmb *diſpenſation* angeſucht würde/ ſollen ſich die Conſiſtorialen deſſelben nicht mächtigen/ ſondern an vns gelangen laſſen/vnd vnſers fernern beſcheids darauff erwarten: unde ſi aliquis in Conſiſtoriis diſpenſationẽ petat, ita reſponderi ſolet. R. P. Daß nach vermög der Landlöblichen Rechten / N. zu ehlichen nicht nachgelaſſen / Es iſt aber der Obrigkeit hierüber / weil die Ehe in ſolchen graden in heiliger Göttlicher Schrifft / vnd den beſchriebenen Keyſer Rechten/ außdrücklichen nicht verboten / zu *diſpenſiren* vnbenommen. Igitur etiam ſæpiſſimè in Sereniſs. noſtri Saxoniæ

Electoris

Electoris ſupremo Conſiſtorio, in ſecundo gradu lineæ æqualis & tertio inæqualis diſpenſatur, & ſub certâ pœnâ matrimonium ſupplicantibus conceditur. Vide Joach. à Beuſt *d. tr. Connub. part. 2. de Matrim. c. 56.* Ambr. Schur. *d. tr. de Grad. Cognat. loc. 12. in fin.* Schneidvv. *de Nupt. c. de arbor. affinit. n. 22.* Pet. Heig. *ad §. ſi uxor. Inſt. de Nupt. n. 11. & ſeqq.* Weſenb. *ad d. §. duorum. n. 2.* Val. Guil. Forſt. *in tr. de Nupt. c. 7. pag. 91. in fin.*

LXIII.

II. An contra gradus, conſanguinitatis & affinitatis Jure divino in Levit. c. 18 prohibitos Pontifici diſpenſare liceat? quod negamus. Nam diſpenſationes humanæ contra Jus divinum & mandatum DEI non valent; quia creatura contra mandatum creatoris diſpenſare non poteſt, Deus enim nulli homini abolendi mandata ſua conceſſit poteſtatem, ſed ſibi ſoli reſervavit. Unde major eſt Dei quàm omnium hominum autoritas; Hincq; Papæ contra præceptum divinum & contra gradus prohibitos, qui enumerantur ſub *Levit. c. 18.* diſpenſare minimè eſt conceſſum. Pet. Heig. *d. loc. n. 8. & ſeqq.* Joach. à Beuſt. *d. l.* Schneidvv. *d. l.* Hunn. *var. reſolut. lib. 1. tr. 3. q. 24. pag. 192.* Hæcq; de prohibitione graduum quoad conjugia, in quibus computatio canonica eſt recepta.

LXIV.

In omnibus verò cæteris cauſis & præſertim ſucceſſionibus ab inteſtato ubiq; attenditur cōputatio Juris civilis. Schneidvv. *dd. loc. & ad rubr.* Inſt. *de hered. quæ ab inteſt. def. n. 8.* Weſenb. *d. loc.* & Dd. comm. *ad d. §. hactenus 7. Inſt. h. t.* Approbatq; eam in hereditatibus etiam jus Canonicum, ut apparet è *d. c. ad ſedem. 35. q. 5. Gl. in d. §. hactenus 7. Inſt. h. t. & in d. l. ult. §. parentes. 7. verb. item liberi. ff. eod.* Pet. Heig. *de ſucceſſ. legit. c. 4. n. 1.* Schneidvv. *dd. loc.* Unde volunt Dd. ſtatutū de gradibus ſucceſſionum ſimpliciter diſponens intelligendum eſſe de gradibus ſecundum com-

Jure feudali, quæſtio eſt ardua. Et quanquam aliqui ſentiant, cõputationem Canonicam de jure feudali locum habere, nos tamen ob ſequentes rationes pro computatione civili reſpondemus. I. Per *c. un. §. hoc quoq; 4. de his qui feud. dar. poſſ 1. F. 1.* ibi. *Beneficium advenientis ex latere ultra fratres patueles non progreditur ſucceſſione, ſecundum uſum ab antiquis ſapientibus conſtitutum* junct. *c. un. §. 1. de ſucc. feud. 1. F. 8.* ibi *olim obſervabatur usq; ad quartum gradum tantùm.* Unde apparet apertè, fratres patrueles Jure feudali à ſe invicem quarto gradu diſtare, quæ eſt computatio civilis §. 4. *Inſt. h. t. d. l. ult. §. quarto gradu 15. verſ. eodem gradu ff. eod.* ſecundum computationem Canonicam verò diſtant gradu ſecundo, *d. c. ad ſedem 2. verſ. filii fratrum. cauſ. 35. q. 5.* II. Per *c. un. an ille qui interf. frat. Dom. ſui. feud. amit. 2. F. 37.* ibi. *Eodem prorſus obſervando, quantum ad ordinem gradus qui continentur in legibus.* III. Per *c. un. de ſucceſſ frat. vel grad. ſucceſſ. feud. 2. F. 11.* junct. *c. un. de natur. ſucceſſ. feud. 2. F. 50. & c un. §. ult. quæ fuit princ cauſa. benef. amitt. 2. F. 24.* ibi *ad proximos pertinet*, ut eleganter demonſtrat Niel. *diſp. feud. 5. th. 1. lit. E. p. 67. & 68.* IV. facit huc, quòd gradus à Longobardis dictus fuerit geniculus à gignendo, quod graduum cauſa ſit generatio, & ſemper generata perſona gradum adjiciat. Botch. *d. tr. p. 15.* quæ regula eſt computationis Civilis. *ſup th. 31.* Repeturq; in Jure feudali, eſſe reſpiciendum ad generationes. V. Nunquam in Jure Feudali fit mentio Juris Canonici, ſed *2. Feud. 1.* dicitur dubiam ſententiam Juris Feud. ex jure Civili decidi debere. VI. Quoniam ante introductam computationem Canonicam feudalis ſucceſſio locum habuit, ut colligitur *è lib. 5. (ex edit. Cujac.) Feud. 1. & 1. F. 1. §. cùm verò Conradus.* ubi dicitur *Conradum*, qui vulgò Salicus nominatus, ibi communiter intelligitur, *Jus ſuccedendi in feudo ad collaterales produxiſſe*, qui in vivis eſſe deſiit, Anno ſalutis noſtræ *1039.* vid. Calviſ. *in Chronol. p. 621.* Sed *d. c. ad ſedem.* per quem diverſa illa Juris Canonici computatio introducta eſt, autor fuit Alexander II. qui ad Pontificatum pervenit, Anno ſalutis noſtræ, *1062.* ſecundum numerationem Calviſ. *in Chronolog. p. 629.*

LXVI.

Nec obſtat I. quod Fachin. objicit *7. contr. 26. d. c. un. §. hoc quoq; de his qui feud. dare poſſ, 1. F. 1. & d. c. un, §. 1. de ſucceſſ. feud. 1. F. 8.* non

eſſe

eſſe intelligendum de uno eodemq; caſu. Nam ſatis apertè refutatur, per ipſa verba, quæ utrobiq; de ſucceſſione loquuntur, & quidem ex jure antiquo. Textus enim *1. Feud. 8.* non de jure recentiori intelligi poteſt, ob particulam *olim.* Liquet etiam ex verbis ſequentibus utriusque textus, quibus illud, quod antiquitus uſque ad quartum gradum obſervabatur, ad gradum uſq; ſeptimum extenditur.

LXVII.

II. Non adverſatur ſententia Fachin. *d. loc.* & Hotom. *in diſp. feud. c. 19.* qui volunt verba iſta, quæ habentur *in d. c. un. An ille qui interf. frat. dom. ſui. ex 2. F. 37.* intelligenda eſſe non de legibus Romanis, ſed de Longobardicis; Verùm hoc falſum eſt. Conſtat enim per LL. in Jure feudali abſolutè poſitas Romanas intelligendas eſſe. *d c. un. § hoc autem notandum. 3. 1. F. 1.* (ubi rectè Cujac. Gothofr. & Rittersh. *lib. 1. part. feud. c. 14. q. 1.* ponunt diſtinctionem poſt voc. *legibus*, cùm aliâs incongruus ſit ſenſus. Neque poſſint dari ll quibus in feudis ita ſit conſtitutum. Nominat Hotom. quidem ll. Lotharii & Conradi, ſed neque probat, neque probare poteſt, cùm potiùs jus iſtud moribus quàm ll. ſit introductum. Rittersh. *d. l.*) *2. F. 1. ibi uti poterit lege ſcriptâ.* Allegantur autem ll. Longobardorum cum aliquâ adjectione, ut *d. t. 1. F. 2.* & *1. F. 10* Et licet in *d. t. 37. F. 2.* Longobardicæ ll. intelligi deberent, earum computatio tamen à computatione civili minimè differt.

LXIIX.

Nec obeſt opinio Hotom. *in d. diſp. de caſt. nupt. part. 1. c. 4. p. 66. & 67.* quod computatio iſta à jure Longobardico ſuam ſumſit originem, deinde verò Decretiſtæ (ut ipſe loquitur) qui iſtam unam & veram computandorum graduum rationem eſſe crediderint, ad cauſas matrimoniales contorſerint. Nam nullum fundamentum aliquadantenus ſaltem probabile iſtius ſuſpicio-

LXIX

Hæcq; communis eſt Dd. opinio. *Cujac. ad tit. 37. lib. 2. F.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 8. n. 113.* Duar. *de feud c. 11. n. 14.* Borch. *par. 2. c. 7. n. 86.* Hakelm. *diſp. illuſtr. quæſt. 18. cor. 1.* Niel. *diſp. feud. 5. th. 1. lit.* E. Cl. Dn. Præſesd. *loc. th. 20.* & alii. Diſs. Pet. Heig. *de ſucceſſ. legit. c. 4. n. 4. & ſeqq.* Hotom. *dd. loc.* Fachin. *d. loc.* cum quibus et á ſentire videtur Rittersh. *lib. 1. part. feud. c. 12. q. 8. p. 161.* qui volũt, ſequendam eſſe in ſucceſſione feudali computationem Canonicam. Unde Hottom. *in d. diſp. feud. c. 18. & 19.* & alii ſtatuunt, in cõputatione graduum ratione hujus ſucceſſionis tantùm ad aſcendentes, non autem ad collaterales reſpiciendum eſſe & ſic tantùm ſuccedi primo acquirenti, non verò à latere agnato. Sed refutatur hæc opinio expreſſis textibus Juris Feud. *c. un. verſ. hu verò deficientibus. de ſucceſſ. fratr. vel grad. &c. 2. d. F. 11.* ubi, non à primo acquirente, ſed ab ultimo Vaſallo & agnato defuncto graduum proximitas & ejus ratione ſucceſſio deducitur. Si verò tantùm ſuccederetur primo acquirenti, ab eo proximitas quoque derivanda eſſet. *c. un §. cum verò 2. §. hoc quoq; 4. de his qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. c. un. de Nat. Succ. Feu. 2. F. 50.* Ubi expreſsè agitur de ſucceſſione collateralium, & in ipſo *c. un. ſi vaſal. feud. &c. 2. F. 31.* quo diſſentientes potiſſimum moventur, fit collateralium mentio; habetur enim ibi. *Si non ſunt alii ex latere.* Nulla quoque aliàs eſſet in ſucceſſione prærogativa, contra *2. F. t. 37. & t. 24. in fin.* quoniam repræſentatio in deſcendentibus valet in infinitum *1. F. 8. in pr. 2. F. 50. infr. th. 77.* ratione collateralium Vaſalli defuncti in capita nulla eſſet ſucceſſio. Illamq; opinionem Hotom. & aliorum falſam eſſe, quidam diſſentientes ut P. Heig. *d. loc. n. 7.* Rittersh. *lib. 1. par. feud. c. 16. q. 1. & ſeqq. pag. 204. & ſeqq.* animadverterunt.

LXX.

Nos ultrò concedimus, quod in feudis regulariter nulla ſit ſucceſſio, niſi è primo acquirente collaterales proveniant. Unde in feudo novo fratres non ſuccedunt. *c. un. §. 2. verſ. ſin. autem de his qui feud. dar. poſſ. &c. 1. F. 1.* item. *1. F. 8. §. fin. & 1. F. 20.* quia hoc ſucceſſionis feudalis proprium eſt. Sed quod in feudo antiquo propterea tantùm ſuccedat agnatus primo acquirenti, & non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE